



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 51. Duo alia media vt ostium adhibeamus ori nostro, & omnes
actiones ad vias Domini dirigamus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

CAPVT LI.

*Duo alia media, vt ostium adhibeamus ori
nostro, & omnes actiones ad vias
Domini dirigamus.*

*ostium
ori
adhi-
bendum.*

Quartum ergo sit, vt non tan-
tum Deum inuocemus, sed
nos ipsi ostium adhibeamus ori
nostro iuxta consilium Eccli. 28.
28. *Sepi aures tuas spinis, & linguam
nequam noli audire, & ori tuo facito
ostia, & seras auribus tuis.* Nam vt
alias diximus, Christum vt signa-
culum ponendum super os nostrum,
ita hic dicimus ostium oris nostri
debere esse Christum Dominum:
ipse enim dicit, Ioan. 10. 9. *Ego sum
ostium.* Ac proinde reddas tibi fa-
miliarem Spiritum sanctum, qui
ibidem vers. 1. & 3, est ostiarius,
qui Sap. 10. 21. aperit os mutorum,
& linguas infantium facit disertas.
Ostia autem nostra Dominus vult
occludi hoc maxime indignationis
tempore, vti monet, Isa. 26. 20. 21.

Vade

Vade popule meus, intra in cubicula tua, claudere ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio. Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terra contra eum, & reuelabit terra sanguinem suum, & non operiet ultra interfectos suos. Quibus rationibus quàm plurimi permoti cœnobijs & claustris religiosis sese abdiderunt, & arctissimam salutis viam ingressi, si fuerunt. Quos si aliquando è cellulis suis egredi contigerit, videbis uti apes ex floribus, sic eos ex ijs rebus quas cōspexerint tantum dulcia diuinorum beneficiorum mella colligere, & quàm concitatissimo volatu ad aluearia cōtendere, ne gratissima illa vis mellis euanescat, aut pereat; quicquid verò collegerint, cellis suis recondere, quò se facilius hyemis tempore pascere queant.

Quintum est, eo contendere

Boni
religio
si vt
apes.

*Vitam
rectā
agere.*

vt vitam ducamus omnibus numeris absolutissimam, & actionibus nostris eò toti feramur vt sanctissima Dei præcepta seruemus, & vias nostras ad eius diuina mandata accomodemus, vt verè cum Dauide dicamus, Psalm. 38. 2. *Dixi: Custodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea.* Idq; ad exemplum Pambonis Abbatis, de quo cap. 42. num. 3.

CAPVT LII.

Adducuntur duo exempla, alterum à Christi persona sumptum, alterum ab aquarum & riuiulorum obstructione & collectione.

*Ad
Christi
Domini
exemplū
confir-
gere.*

Sextum medium est & omnium scutissimum, confugere ad exemplum quòd nobis in monte ostensum est, iuxta id Exod. 25. 40. *Inspecte & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.* Hoc est illud exemplum Christi Domini patientis. Vnde inchoans pas-

sionem